



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs
Perutilis**

Gilbertus < Tornacensis >

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

TRACTAT.

137

sicut in profundum recesseratis filij
Isaël.

CAP. XXXIX.

Sequitur titulus de recōciliatio- Ostendit
ne pœnitentiū in cœna Domini, quomo-
sicut suprà dictum est, in die cœnæ do in die
Dominicæ Pœnitentes veniunt ad cœnæ do
absolutionem. Et apud quosdam red mini fiat
ditur Symbolum à Catechumenis tibus pœ
secundum Laodicensis Concilij con- catorum
stitutionem. Decreuit igitur Inno- remissio
centius Papa illo die fieri peccato- & absolu
rum remissionem pœnitentibus, di-
cens: De pœnitentibus autē qui sine
ex grauioribus commissis, sine ex
leuioribus pœnitentiam gerunt, si
nulla interueniat ægritudo, quinta
feria ante Pascha eis remittendum
Romanae Ecclesiae consuetudo de-
monstrat. De hoc etiam Hieron. in
Epistola ad Oceanum de morte
Fabiolæ, cuius pœnitentiam laudat
de adulterij commissione: sic igitur:

G Quid

138 DE OFF. EPISC.

Quid ego (inquit) in abolitis
antiquis moror , quærens excusam
culpam, cuius pœnitentiam ipsa co-
fessa est? Quis hoc crederet, ut po-
mortem secundi viri in semet ri-
uersa: quo tempore solent viduam.
gligentes iugo seruitutis excusso
agere, se liberius adire balnea, vo-
litare per plateas, vultus circum-
ferre meretricios. Saccum indu-
ret, errorem publicè fateretur, &
tota urbe spectante Romana anti-
diem Paschæ in basilica quondam
Laterani, qui Cesariano truncatum
est gladio, staret in ordine pœnitenti-
um episcopis & presbyteris, et omni
populo collachrymati, sparsò crine,
ora lurida, squalidas manus, fodi-
da colla submittet, q̄ peccata fletu-
iste nō purget? quas inueteratas ma-
culas hæc lamenta nō ablueunt? Cu-
autem fiat ista absolutio illo die, su-
cis inuit. Beda super Lucam, ex-

ponem?

TRACTAT. 139

ponens illud: *Accepto calice gra-
tias egit, &c. Hic calix ad vetus il-
lud Pascha attinet, cui finem desi-
derabat imponere, quo accepto, gra-
tias egit ob hoc nimirum, quia ve-
terat transitura, & ventura omnia
fuerant noua.* Lex non soluebat
peccatum, sed puniebat. Christus
in quinta feria veteri legi finem
dat, peccata absolvit. id ipsum so-
nat prima oratio Missæ, cum di-
citur: *Ita nobis ablato vetustatis
errore, resurrectionis suæ gloriæ
largiatur, quæ dicitur in aliquibus
Ecclesijs.*

CAP. XXXX.

Ipsò etiam die Cœnæ consecra-
tur Oleum ad triplex officium:
Oleum scilicet infirmorum, & ole-
um Catechumenorum, & oleum leum tri-
sanctum. Tres enim consecra-
tiones ex una & eadem fiunt sub-
stantia, & ex una olei liquatura

Demon-
strat, qua-
re in die
cœnæ o-
plex; scili-
& infir-
morū, Ca-
techume-
norum,

G 2

Sicut